

FAMILIA ASCANIA,
IN QUA PRÆTER ANTIQUOS
Saxonix & Brandenburgix Electores,
Duces Saxonix inferioris, Angrivariix,
& Principes Anhaltini. *a*

Origo. **Q**uam ex *Hebraeis* vulgò *Germanicæ* nostræ nationi ab *Ascenazo* ex *Japheti* progenie *Gen. 10, 3.* attribuere solent originem, hanc in specie Serenissimæ huic genti ab *Ascaniis*, (qui, relicta *Bithynia* & postea *Ascania palude* ad *Bosphorum*, cum *Cimbris* & *Caycis* in has oras profecti ad *Herciniam* confederint) nonnulli vindicare laborant.^b Uti vero derivatio illa certo

a Ex professo tractavit hanc familiam Ernestus Bro-
tuffus, sub titulo *Genealogia und Chronik des Hauses Anhalt*: atq; perhibet, sibi 1546. hanc provinciam à princ. Georgio impositam, subministratis variis, quibus ad rem opus erat, monumentis, ipsum autem principem contulisse operam & consignata correxisse: Demum cum novum mandatum Joachimus princeps dedisset, opus perfectum esse. Typis id impressum 1556. cum præfatione Phil. Melanchthonis. Allegatur etiam Fratris Henrici Basse monachi Ballenstettensis panegyricus *Genealog. Anhalt, Saxonix inferioris Ducum* aliam deductionem quam quæ communiter eousque ferebatur, publicavit 1636. Dan. Mithovius.

b Conf. Phil. Melanchth. præfat. in *Luth. Tom. 8. Altenburg.*